Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. VIII. Die Frantzosen verlangen die Puncten, worüber mit den Schweden und Protestanten zu handeln sey, hinweg zu lassen. Kayserliche difficultiren solches. Mediatores erbieten sich zu einem ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-52163

1646. Sept.

Niſi enim & conſilia & arma Regnorum conſentiant, nunquam obtinebitur expreſſius fœdere ſcopus. Sed de his pluribus & rectius coram. Interea gratias ago Excellentiæ Veſtræ, quod nuper ſpem mihi fecerit ſecuturi ſubſidii hiberni. Attamen quia ſpes & credulitas non eſt certitudo, hæreo adhuc, utrum aliquoties ſollicitanti Tonnam auri *Wrangelio* ſubvenire tuto auſim. Atque his Excellentiam Veſtram Divinæ protectioni commendo. Osnabr. $\frac{3}{13}$. Aug. Anno 1646.

Dicatiſſimus Servitor

SALVIUS.

§. VIII.

Die Frantzoſen wollen die Puncta, worüber mit denen Schweden und Proteſtanten zu handeln ſey, hinweggelaſſen haben.

Montags den 3. Septemb. hinterbrachten die *Mediatores* denen Kayſerlichen, daß die Frantzoſen einen andern Aufſatz ihrer Schrifft verlangeten, worinnen keine Meldung von denen Poſtulatis gegen die Schweden und Proteſtanten geſchehe, maſſen ſie bey ihren Confœderirten nicht davor angeſehen ſeyn wolten, als ob Sie ſich gegen die Kayſerliche obligiret hätten, jene zu ſolchen Sachen, die Ihnen entgegen wären, zu behandeln: Sie wolten zwar über ſolche Puncten mit denenſelben tractiren, müſten aber vorhero ihrer Satisfaction verſichert ſeyn.

Welches aber die Kayſerlichen nicht thun wollen.

Die Kayſerliche Geſandten erwiederten, daß Sie keine Aenderung ihrer Schrifft vornehmen könten, und wären ſothane Puncten um deßwillen angezogen worden, damit die Frantzoſen wüſten, was man von Ihnen fordere, und Sie hernach nicht ſagen könten, man habe diß oder jenes nicht geſuchet; So wäre auch nicht vonnöthen, daß Sie ſolche Schrifft denen Schweden oder Proteſtanten zeigeten, dann es wäre doch verglichen, daß Sie in deposito bey denen Mediatoren bleiben ſolle.

Die Mediatores erbieten ſich, ſelbſt ein Project zu machen, und beyder Theile Poſtulata darein zu bringen.

Um nun aus der Sache zu kommen, offerirten ſich die *Mediatores*, daß Sie ſelbſt die Articulos per extenſum aus demjenigen, was an Sie gekommen wäre, vor beyde Theile zuſammen in einen Auffſatz ziehen, und dasjenige Punctenweiß melden wolten, was ein Theil dem andern zu præſtiren habe; In derjenigen Scriptur, welche den Kayſer betreffe, ſolte die Clauſul ſtehen, daß kein Punct gelten ſolle, es wäre dann auch der Friede mit Spanien und Lothringen geſchloſſen: Hingegen die, ſo die Frantzoſen betreffe, ſollte zugleich die Befriedigung mit Schweden und Heſſen-Caſſel, als eine conditionem ſine qua non, in ſich begreiffen. Wann nun dieſe Schrifft alſo verfertiget wäre; ſollten beyde Theile in præſentia Mediatorum zuſammen kommen, dieſe Auffſätze gegen einander aggiuſtiren, jeder Theil den ſeinen unterſchreiben, beſiegeln, und in derer Mediatoren Händen hinterlaſſen: alsdann wolten Sie, Mediatores, die von denen Kayſerlichen proponirte Conditiones, was mit denen Schweden und Proteſtirenden zu negotiiren ſey, in ihrer Gegenwart denen Frantzoſen vorhalten, welches dieſe dann alſo auszurichten und über ſich zu nehmen verſprechen ſollten: So viel den Caſum anlange: im Fall die Frantzoſen bey denen Schweden nichts ausrichten würden, was alsdann die Kayſerlichen von ihnen zu gewarten hätten? Da wäre es forderiſt an dem, daß Sie, Kayſerlichen, alsdann zu nichts obligirt ſeyn würden; Sie hätten auch ſodann nichts weiter mit denen Frantzoſen zu handeln, indeme dieſe, eo caſu, ſine ulla auctoritate ſeyn würden: Ihre, derer Frantzoſen, intention wäre alsdann, in Schweden zu ſchreiben, und die Urſachen zu remonſtriren, warum die Crone Franckreich nicht länger in dem Krieg würde ſtehen können, weil ſolcher nunmehr nicht contra ſtatum Domus Auſtriacæ, ſondern wider die Catholiſche Religion hinaus lauffen wolle.

Dieſem Verlaß gemäß, ſetzten die *Mediatores* folgende Schrifft auf, und richteten die Frantzöſiſche Puncten, nach derer Frantzoſen intention, ein; übergaben darauf ſelbige am 10. Septemb. denen Kayſerlichen Geſandten, mit vermelden, daß,

wann

1646. Sept. wann Sie ſolche approbireten, nunmehro die Frantzoſen nach Oſnabrück ſich begeben, und mit denen Schweden und Proteſtanten daſelbſt handeln wolten. Der Aufſatz lautete alſo: 1646. Sept.

Aufſatz derer Mediatorum

Extractus Conventionum circa punctum Satisfactionis inter Cæſareos & Galliæ Legatos.

Ad votum Imperii Ordinum, ut de Satisfactione Coronarum ſeorſim ageretur, inter Cæſareos & Gallos ſequenti modo convenit: Ut pacta hæc, reſtituto demum Imperii ſtatu, vim capiant, & partem conſtituant Pacis per Germaniam Univerſalis; & ut, quidquid circa Satisfactionis articulum concluſum eſt, ab Ordinibus Imperii ratihabeatur cum obligatione præſtandi eventum. His præmiſſis, promittunt Cæſareani, nomine Imperatoris & Imperii, Regi Coronæque Galliæ ceſſum iri: 1.) Supremum Dominium in Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem, & Verodunenſem, Urbesque cognominas, & Moyenwicum, itemque Pignarolum; reſervato tamen Jure Metropolitano ad Epiſcopatum Trevirenſem pertinente, nec non reſtituto in poſſeſſionem Epiſcopatus Verodunenſis, Domino Francisco Lotharingæ Duce, poſtquam ſcilicet præſtiterit Regi juramentum fidelitatis.

2.) Imperator pro Se, totaque Domo Auſtriaca, & Imperio cedet omnibus juribus, quæ hactenus Sibi, Imperio, & Familiæ Auſtriacæ competebant in Oppidum Briſacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alſatiæ, Sundgoviam, Præfecturam Provincialem decem Civitatum Imperialium in Alſatiâ ſitarum, omnesque pagos, & alia quæcunque Jura, quæ à dicta Præfectura dependent: Item Villas Hochſtæd, Niederimſing, Harten & Acharren, ad Communitatem Civitatis Briſacenſis pertinentes, cum omni Territorio & Banno ejusdem Civitatis, ſalvis tamen ejus Privilegiis & Immunitatibus, & obligato Rege ad conſervandam, in omnibus antedictis, Religionem Catholicam. Ex eorundem conſenſu Benfeldæ à Suecis reſtitutæ munitiones, cum fortalitio Rheinau, Tabernis Alſaticis, & Caſtro Hohenbarr, Neoburgo item ad Rhenum, ſolo æquabuntur, nec fas erit, Baſileâ usque Philipsburgum, in citeriori Rheni ripâ, ullas excitare munitiones aut quocunque molimine declinare meatum Rheni. Tabernarum Magiſtratus neutralitatem ſervabit, liberumque Regio militi ſemper præſtabit tranſitum.

3.) Dominus Archi-Dux Ferdinandus Carolus recipiet in ſe cum eâ Provinciæ parte, quæ à Chriſtianiſſimo Rege ei reſtituenda eſt, tertiam omnium debitorum partem, dummodo authentica ſint, & in rationibus receptorum ad Cameram Enſisheimianam reſpondentium, ad finem anni 1632. usque agnita: Iſtorum ratione, quæ cæteris Ordinum Collegiis ex ſingulari per Auſtriacos Principes in ipſis Diætis Provincialibus inita conventione, attributa, aut ab ipſis Ordinibus communicatione contracta ſunt, iisque ſolvenda incumbunt, debet inter eos, qui ſub dominio Auſtriacæ Domus remanent, atque illos, quæ in ditionem Regis veniunt, iniri conveniens diſtributio.

4.) Præſtabit Cæſar, ut Regi Chriſtianiſſimo jus ſit perpetuum inducendi, & tenendi in Caſtro Philipsburg, Præſidium, ad modicum tamen numerum reſtrictum, ſumptibusque Galliæ ſuſtentandum, præter autem Protectionem in dicto Caſtro nihil prætendet, ſolo Præſidii, Tranſitus, & commeatus invehendi jure contentus.

Sequuntur, quæ ex parte Regis Chriſtianiſſimi viciſſim præſtanda ſunt:

1646. Sept. 1.) Reſtituentur Carolo Archi-Duci, ſalvo tamen jure tertii, quatuor Civitates Sylveſtres cum omnibus appertinentiis, cis & ultra Rhenum; Item Comitatus Hawenſtein, Sylva Nigra, Superior & Inferior Brisgovia & Civitates in ea ſitæ, ab antiquo ad Domum Auſtriacam ſpectantes; Tota item Ortenavia, cum Civitatibus Imperialibus, quatenus ſcilicet Præfecturæ Ortenavienſi, Auſtriacisque Principibus antehac fuerunt obnoxiæ.

2.) Libera, nec ab ulla parte, impedita erunt in Rheno, Commercia, nec cuiquam licitum, præter inſpectionem mercium ab antiquo fieri ſolitam, & vectigalia ſeu datia ordinaria, ſub Auſtriacis Principibus præſtari conſueta, quidquam inducere, ex quo vel minimum Commerciis accedere poſſit detrimentum.

3.) Omnes Domui Auſtriacæ cis & ultra Rhenum ſubjecti, ſuis reſtituentur poſſeſſionibus; Donationibus à quibuscunque factis aut ratificatis, aliisque factarum impenſarum, aut meliorationum exceptionibus non attentis, ſed compenſatis ſolummodo fructibus, qui per donatarios hactenus fuêre percepti.

4) Tenebitur Rex Chriſtianiſſimus per Utramque Alſatiam omnes Imperio immediate ſubjectos, in priſtina ac omnimoda libertate relinquere, nec ultra quidquam, quod ad Domum Auſtriacam antehac ſpectavit, & in Galliæ Coronam per hunc Tractatum expreſſe translatum erit, inter quæ recenſendum, quod de ſupremo Dominii Jure ſupra dictum eſt.

5) Quidquid præterea Rex Chriſtianiſſimus cis & ultra Rhenum poſſidet, antiquis Dominis reſtitui debet absque prætenſione ſumptuum in munitiones, aut alio quovis modo factorum, ſimile ex adverſa parte, præſertim in Fortalitio Ehrnbreitſtein, obſervando, quod deducto præſidio, Electori Trevirenſi, tanquam vero & legitimo Domino abſolute cedendum eſt. Permiſſum inſuper erit Gallis, munitiones à ſe ubicunque factas pro libitu disjicere.

6) Exſolvet Rex Chriſtianiſſimus Archiduci Auſtriaco pro recompenſatione tres librarum Turonenſium Milliones, ſequentibus annis, nempè 1647. 1648. & 1649. Baſileæ numerandas.

7) Idem in ſe Ducis æris alieni, quo Camera Enſisheimiana gravata eſt, tertiam recipiet eodem modo, quo ſupra eſt expreſſum.

Quibus omnibus, ad finem usque Septembris, nec addi quicquam aut demi poterit, nec quicquam roboris concedetur, niſi perducto ad finem univerſali Tractatu, quem concludi non poſſe declarant Cæſareani, niſi Hiſpanorum & Lotharingiæ cauſâ pariter deciſâ; Gallici vero Plenipotentiarii adductis aliquibus rationibus, Lotharingiæ cauſam ab hiſce Tractatibus alieniſſimam, ſine ſummo eorum impedimento, iis commiſceri non poſſe demonſtrant, ad Aulamque remittunt, ubi in gratiam Cæſaris æquas Duci conditiones pollicentur; & ad Hiſpanos quod attinet, ad ineundam cum iis Pacem proclives ſe profitentur, modo ii aut Galliæ præcedentibus bellis ablata reſtituant, aut relinquant quæ propitior fortuna, hoc durante, in eam tranſtulit; ſin minus, uniuscujusque arbitrio relinquitur, an ipſorum reſpectu, Imperii quies procraſtinanda ſit &c.

§. IX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN